



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1655

§. 110. Dicens: & tu cum Iesu Galilæo eras. v. 69.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

cus cum malis & quiescit otiosus diabolus excitat ancillam ad eius colloquium: Ecce tentationem, Ecce unde malum, maxime sedent & otioso. nam ut eam vidit Petrus & audiit loquentem: Ecce, iacet prostratus, qui centum armatos in hortu milites non timuit.

Otium vere pulvinat diaboli, maxime ubi accesserit ancilla, vel voce vel specie, accitico enim extremis verbis canticum canticorum in persona sic tentati ait: *Sonet vox tua in auribus meis, &c facies tua decora.* Sed quid adicit Spiritus S.: *Fuge, Fuge dilectem, fuge & assimulare caprea hinnuloq, cervorum,* testes mille David, Salomon, Petrus, Samson, &c. ergo pietissime Jesu, ab hoc malo me libera semper, ne sedeam in mala conversatione oriando, absit a domo clerici, religiosi, &c femina, etiam, ut Augustinus docuit cognata plane non associetur eis ancilla aut mulier, ne per eam inducatur in tentationem cum Petro, melius enim illis est in silvis basiliscum audire frementem, quam otiosis mulierem audire loquentem: fugiam, Domine, fugiam ipsarum consortium, timeo enim adire periculum id in quo video tot fortes Israel esse subversos.

§. 110. *Dicens: & tu cum Iesu Galileo eras. v. 69.*

Audio vocem incantantis fraudulentem. Præit enim Petro ad negationem, dum ait, *Eras,* non es quidem modo, fuisti tamen &c. Ecce malitiam considera subtilitatem diaboli, ut retia tendat Petro, per mulierem tendit, & fors illa sine tanta malicia effutiebatur ista verba, sine præmeditatione, & cogitatione de interrogando Petro, fors etiam ex curiositate sciendi, quoniam vir ille esset peregrino habitu & modestioris vultus inter petulantes milites, forte etiam noverat Petrum, ut, ut sit certe illum in tentationem induxit & patefecit militibus, ut sequacem & discipulum Christi, & vel sic ancillata est suis principibus, inimicis Iesu, & concurrat ad Christi passionem: Heu! quod miles non cogitat, non potest, non audent audet petulans mulier interrogando Petrum, prodir, turbat, depravat, onerat, timenda est igitur omni modo mulier, si rædi non vis in corpore, anima vel honore.

§. 111. *At ille negavit coram omnibus dicens. v. 70.*

Quia Petrus sibi ipsi nimium confidens, animosè supra naturæ fragilitatem de se præsumperat, dominus eum sibi ipsi reliquit, ut suam agnoscendo impotentiam & infirmitatem Pelagianam de disceret pravitatem. decet enim verum Christianum illud semper firmum fixumque tenere, ut quantum de spiritus fervore confidimus, tantum contra de naturæ fragilitate debeamus timere. certè S. Petrus, quamdiu cum Domino erat, nec mortem nec hostes, nec arma timebat, satis enim audenter in hostes sese iniecit, eos gladio cædens; at ubi Dominus faciem suam ab eo avertit, unius feminae

verbo